BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 23r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



apestis scilicet ut beati mundo corde. qm̄ ipsi dm̄
uidebunt. mysticis uero ut beati qui lauant sto
las suas. ut sit potestas illis in ligno uitae. & p
portas intrent in ciuitatē, qd̄ est patenter dicere.
Beati qui mundant suas cogitationes & actus. ut po
testatē habeant uidendi dn̄m xp̄m. qui ait. ego sum
uia & ueritas & uita. & p doctrinā atq; exempla
praecedentiū patrū intrent in regnū caelorum,
Subter coronā erunt circuli aurei. & mittantur 5
uectes p eos ut possit mensa postari. Ipsos quoq; 5
uectes facies de lignis sethim. & circumdabis auro 5
ad subuehendā mensam, Apte subter coronam
erunt circuli. quia libris sc̄i euangelii in hac uita
utimur. coronā uero uitae superne futurā in celis
speramus. Per quos uidelicet circulos inmittun
tur uectes ad subuehendā mensā. quia doctores
sc̄i ut uerbis sacri eloquii corda audientiū reficiant.
Ipsi p omā mentē suā necesse ē in euangelica lectione
fixam teneant. quatenus ad fidem sensumq; illius
omnē interpretationis ac doctrinae suae intentionē
dirigant. curentq; sedulo ne quid aliud agendum
sperandū. amandū ue in scripturis omnibus.
quā qd̄ in quattuor euangelii libris inuenitur do
ceant. qui dū uniuersa scripturarū eloquia